

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Concordia. Emblema XXXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Concordia.

EMBLEMA XXXIX.



IN bellum civile duces cum Roma pararet,
 Viribus & caderet Martia terra suis:
 Mos fuit in partes turmis coeuntibus easdem,
 Coniunctas dextras mutua dona dare.
 Fœderis hæc species: id habet concordia signum,
 Ut quos iungit amor, iungat & ipsa manus.

COMMENTARIUM.

I.
 Pictura
 emenda-
 tio.

PINGVNTVR duo viri belli duc-
 ces habitu militari dextras iungentes.
 Hanc picturam licet omnes editiones sic
 habeant, non tamen placet Sanctio, ut qui
 dextras coniunctas auro vel argento elabo-
 ratas vel depictas intelligat, idque ex locis
 Taciti colligi putet. Vnde non vivorum
 hominum manus coniunctionem, sed quã
 dam vitatam fides notam pingi vult. Cui
 & ego pedaneus iudex subscribo, iaductus

ipſius Autoris verbis,
 Coniunctas dextras mutua dona dare.
 Dextra enim donati non poruerunt, nisi
 metallo aliquo effigiata. Quid? quod Pi-
 gnorius pignore contendere paratus est,
 Alciatum, cum hæc scriberet, respexisse ad
 eam annuli speciem, qui dextras implicitas
 exhibet, quæq; in frequenti vſu apud ma-
 iores nostros, nunc apud nos (vri præclara
 quæq; repudiamus) vix, ac ne vix qui-
 dem

dem extar; Itali appellabant olim, *Annelo di fede*. Nostri Germani vocant, *Handtrevo*, apud quos adhuc frequens istorum anulorum vsus, quibus plerunque noui sponsi se donant, & quales in illicitis amoribus Nisa à suo Mopso accipit. Hoc autem carmen videtur effictum in commendationem muneris, vt & Antonius Querægus, politissimus nostri sæculi poetarum, in munus sinaragdi lusit elegantissimis carminibus, quæ adducit Pignorius, vt labori suo tumultuario auctoritatem concilient. Ea sic sonant:

Quem fulgore tibi vutilum viridante Smaragdum,

Parua noui mitto munera ad hospitium:
Hunc, ne ingrata tui subeat obliuia Lygdi,
Pulcher Hyla, digitis insere marmoris.

Et quoties oculis flexi teres incidet auri
Incluso radians circulus in lapide,
Dic tecum: Quo Lygæus Hylam bonus ardet amore,

Nullum aurum, nulla est lucida gemma magis.

II. ME docuit Alciatus. ipsemet Annotationibus, quas in Cornelium Tacitum edidit, vndenam materiam sumpserit Emblematis.

Lib. 2. 6. 19. *Matris, nempe ex eodem Tacito, lib. 2. & 18. quibus ostenditur, dextras concordie signa vltro citroque destinari ab exercitibus solitas. Nec verò espornor, quod libris Genialium dierum notat Alexander Neapolitanus, nempe Marium, cum in Romanos maxima clade sciret, quos seruare voluit, dextra porrecta aut salute data incolumes fecisse. Tacitus in lib. 2. Annaliū, vbi de morte Germanici agit: Iurauerunt amici, dextram morientis contingentes, hic gestus est data: fidei Germanico, qua pollebantur familiares, eius se mortem vlturos. Idem paulò antè: Ab rege Parthorum Artabano legati venere, miserat amicitiam ac foedus, & cupere renouari dextras. Hic foedus renouatum inter principes Germanicum & Artabanum significatur. Oecurrit exemplum Valerij Max. ex lib. 6. cap. 4. de Caio Popilio, qui legatus ad Antiochum missus, isque cum prompto animo & amicissimo vultu dextram Popilio porrexisset, inuicem ei suam porrigere noluit, sed tabellas senatusconsultum continentes tradidit, cui cum post aliquam breuem moram satisfecisset, Popilio manus eius tanquam socij apprehendit. Cæsar, 2. De bel-*

lo Gallico, tendere manus, petendæ pacis signum fuisse Gallicum memorat, vbi de Bellouacis. Item. 7. Gergouiorum mulieribus, quæ pectore nudo prominentes è muro passis manibus Romanos obrestabatur. Signum item fuisse deditiois eodem lib. traditur, vbi de Heduis, qui manus tendere, deditioem significare, & protectis armis mortem deprecari dicuntur. Cum ijs, quæ adduxi è Cornelio Tacito locis, velim addi hæc ex eodem lib. 18. Hist. Centurionem Sifenem, dextras, concordie insignia, Syriaci exercitus nomine ad Prætorianos ferentem, varij artibus aggressus est. Dextras hic pro quodam vsitato fidei symbolo depicto in auro, argenteo, aut alio quouis metallo accipi patet. Quo sensu hic locus alius Taciti sumitur libro Historiarū primo, vbi de initio principatus Virellij: Miserat (ait) ciuitas Lingonum veterem instituto dona legionibus, dextras hospitij insigne.

DYCES] Imperatores suos, quibus exercitus essent committendi. III;

Viribus & cadere] Significat bellum ciuile: idque videtur ex Horatij Epod. 16. imitatus:

Alteram iam teritur bellis ciuilibus aras,
Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Itaq; consultor ille apud Antiochum Annibal rebus omnibus maturo iudicio perpensis ait: Romanos nunquam nisi armis suis vinci posse; nec Italiam aliter quam Italicis viribus subigi.

Martia terra] Roma, vel quod fuerit studijs asperissima belli: vel propter Romulum Martis filium, vt fama tulit, à quo originem traxit, sic appellata. Lege T. Liuium in principio totius operis. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.

Dum; suis victri x septem de motibus orbis
Prospiciet domitū, Martia Roma, legar.
Martialis lib. 5. Epigram.

Pulcrior & maior quo sub duce Martia Roma.

Alio quodam loco Martiam turbam, pro Romano populo dicit:
Crede mihi, nimium Martia turba sapit.
Sic Symmachus lib. 1. Epistolar. Ab exortu penè vrbs Martiæ. &c.

Coenuntibus easdem] Synærcsis est, figura, quæ fit, quando duæ vocales in vnicam syllabam contrahuntur. Editio Stockhameri habet, hæsdem.

O 2 Conism-

Dextra iuncta pro cõcordia.

Dextra symbolū fidei.

Roma terra Martia.

Dextera
fidei sa-
cra.

De Zio-
o Sai.
Concordia
unde di-
sta.

IV.
Dextera
concordia
signum.

III

Dextera
testis fi-
dei.

Coniunctas dextras] Dextera fidei dica-
ta est, vt mox dicemus. Virg. 6. Æneid.

----- Nec veriti dominorū fallere dextras,
Plinius lib. 11. cap. 45. Inest. & alijs parti-
bus quedam religio: sicut dextera osculis
aucta appetitur, in fide porrigitur. Dex-
tras iungere Græci eleganter vno verbo
efferrunt, *δεξιόδοσι*.

Id habet concordia signum] Concordia
dicta est, quasi cordium coniunctio. Quæ
coniunctio quia re ipsa nequit fieri, vt sci-
licet amicorum corda ipsa coniungantur,
id fit per dextrarum apprehensionem: dex-
tra enim parti porior cordis vis incumbit,
& ipsa dextera manus est cordis porissima
ministra.

HOC Emblemate Alciatus indicare
voluit priscorum morem, quo iunctis dex-
tris fidei & concordia signum exprime-
rent; est enim, vt dixi, dextera fidei sacra,
vnde in permultis veteribus nummis duæ
manus iniuncte ostenduntur additis inscri-
ptionibus, *Fides exercituum*: nonnunquam
etiam, *Fides Romanorum*. Fortasse huc per-
tinet illud Pythagoræ. Ne cuius dextram
porrexeris, ne scilicet quempiam temerè
in interiorem nostri amicitiam admitta-
mus. Et verò poeta nullius antiquitatis
ignarus, ex dextra fideque, ait nimirum fe-
dus & concordiam per dextram significa-
ri. Viderat hoc longè antè Xenophon lib.
5. De institutione Cyri: *ἡ ῥηκάνισ, οἷς
τὰς ὄρνυς ἢ τὰς δεξιὰς ἐδωκα ἰμπεδῶ-
σα*. Hunc quoque morem attigit Aristophanis
scholiastes: *ἔθνε ἐπὶ πῆλαι ἔσυν-
θηκαὶ βεβαίαι τὰς δεξιὰς διδόναι ἀλ-
λίλοις*. Ouidius 6. Metamorph.

Vt pignus fidei dextras utrasque poposcit,
Inter seque datus iunxit.

Cicero ad Atticum: Vbi sunt ille dexte
dextræ? Idem 2. Philip. Dextræ, quæ fidei tes-
tes esse solebant, perfidia sunt & scelere
violatæ. Dextram in fide porrigi ideo ait
Varro, quod omnis veterum auctoritas
dexterae manus virtute constaret. Auctor
est Plutarchus, Flamines rem diuinam ma-
nu ad digitos inuoluta facere consueſſe,
symbolicè significantes, fidem tutandam
esse, ac eius sedem in dextris esse sacratam.
Quæ de dextris disputat Cælius Rhodig.
lib. 2. cap. 14. Sæctius pro ridi uis habet.
Ferè transieram quæ Iustinus de Dario

moribando retulit 11. lib. Is enim rex por-
recta manu expirauit, quam vnicui pignus
fidei regia dextram se ferendam Alexan-
dro dare dixit. Sic conqueritur Æneas
Virgilian. 1. Æneid.

----- cur dextra iungere dextram

Non datur?

Quò pertinet & illud ex vndecimo Æ-
neid.


Oremus pacem, & dextras tendamus in-
ermes.

Cicero etiam pro Deiotaro: Per dextram
ipsam, quam hospites hospiti porrexisti.
Fuit enim & hospitij symbolum apud Sy-
ros & Persas. Hinc & Romani Principum
bene de Republ. meritum statuas pede-
stres & equestres ita effinxerunt, vt dex-
tra porrecta, fidem in Rempubl. ostende-
rent. Itaq; in ipso belli, seu tumultus ciui-
lis classico, ne amici cum inimicis absque
discrimine premerentur, interpositum est
eiusmodi fidei sacramentum. Hoc de sym-
bolo Pierius lib. 35. Mos ille dextras iun-
gendi olim fuit apud Parthos, vt qui dex-
tris complexis, tanquam Dijs presentibus
& arbitris, pacta sancirent. Idem Medi ob-
seruarunt & Persæ, qui dextra fideiq; pi-
gnore confirmabant, si quid ratum esse vel-
lent. Certè apud nos Germanos adhuc
hodie solennis est vsus, vt vel murud se sa-
lutantes, vel certi quidpiam promittentes,
vel etiam singularum amorem & sinceram
fidem demonstrare volentes, dextram inui-
cem porrigant. Sed & quidquid hoc mo-
do inuicem stipulati fuerint, hoc inuiolata
fide, non secus ac sacrum iusiurandum di-
ligentissimè obseruant, adeo vt Germana
fides in proverbum abiit. Hoc etiam a-
pud D. Paulum 2. ad Galat. videre est: Dex-
tras, inquit, dederunt mihi & Barnabæ so-
cietatis, &c. Hanc sententiam Canonistæ
adducetes, iungere, aiunt, dextras solet esse
signum confederationis, quo vtebantur
antiqui cum inuicem confederabantur.
Nec absq; mysterio iam olim, & hodie in
Catholica Ecclesia eandem consuetudi-
nem obseruari videmus in sponsalibus, vt
quos animorum candor, castus amor, &
spontaneus consensus perpetuo & concor-
di matrimonij vinculo coniungere decre-
uit, hos omnino etiam de dextrarum copula
publicè corroboraret.

Dextera
hospitij
symboli.

Mos in-
gredi dex-
tras.

Germana
fides.



Concordia